



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 4. Arma a Guisio Duce sumpta, edictumque a Borbonio Cardinale promulgatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. IV.

Sæcul. XVI.

A.C. 1585.

*Arma a Guiso Duce sumpta, edictum-
que a Borbonio Cardinale pro-
mulgatum.*

Cum animi vehementia, atque am-
bitio, qua Guisus Dux flagrabat,
ambiguum ejusmodi responsum asper-
naretur, hinc ipse haud ultra exspe-
ctandum ratus aperte obsistebat, ne
Franciæ Rex bellum Flandriæ infer-
ret: quam ob rem summa celeritate co-
pias conscribens unacum Burgundiæ,
& Campaniæ Nobilibus, necnon Ma-
duano Duce fratre suo, & Elboviensi
Duce exercitum suum in aciem edu-
cit: sub idem quoque tempus Cardi-
nalis Borbonius Gallionem, quæ munita
erat arx prope Rothomagum sita, secessit,
unde accersitus a nobilitatis Picardicæ
Deputatis, qui priori foederi ante decem
annos facto nomen dederant, Peronam
magnis itineribus deductus est, in qua
etiam Urbe die prima Aprilis edictum
promulgabat, in quo grassanti sectarii
veneni malo hætenus parum idonea
remedia adhibita questus hæc addebat:
„Reges ita volente Deo sine mascula
„prole jam antea decesserunt, nec mi-
„nus Rex, qui nunc est, hætenus nul-
„los ex se genitos Regni hæredes ha-
„bet, qui vero proximum jus in suc-
„cessio-

Thuan. l. 81.

Spond. hoc

ant. n. 3.

Davila l. 6.

Sæcul. XVI. „cessione sibi arrogant, a Majorum Re-
 A.C. 1585. „ligione per summam ignaviam dese-
 „cerunt, seque proinde indignos ea red-
 „diderunt: eapropter ego tanquam pri-
 „marius regii sanguinis Princeps, Ec-
 „clesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ
 „Cardinalis, ad quem Religionis, &
 „Regni jura proxime pertinent, ex con-
 „silio aliorum regii sanguinis Princi-
 „pum, Cardinalium, aliorumque Prin-
 „cipum, Parium, Antistitum, Proce-
 „rum, Præsectorum provinciarum, no-
 „bilium, civitatum, ac collegiorum,
 „qui omnes majorem, & sanio-rem Re-
 „gni partem efficiunt, obstricta con-
 „junctim ab ipsis solemnijurejurando
 „fide statui Religionem antiquam in-
 „staurare, sectariumque venenum om-
 „ne, ne amplius pullulet, penitus ex-
 „tirpare, ac nobilitati pristinam digni-
 „tatem restituere, populum vero a tri-
 „butis, quæ a Caroli IX. obitu impo-
 „sita sunt, levare, Regnique Curiis
 „pristinam auctoritatem importunis au-
 „dientium prensationibus enervatam red-
 „dere decrevi: his de causis justa
 „arma sumere conatus sum, quæ plene
 „confectis iis rebus, nec aliter deposi-
 „tus sum, interim Regem, cum omne
 „quidquid id est, Religionis, & publi-
 „cæ salutis studio fiat, boni consultu-
 „rum spero, aut saltem sese non oppo-
 „siturum confido.

S. V.